

nec eis est requies nisi quando criminantur uel susurrant. prorsus habent
 quoddam uerbum per prophetam unum dicens. Nescis criminator & susurro
 in populo. Talibus & iam ex omni ueritate resistendum est. Et quia
 tam inter monachos quam & iam inter canonicos & laicos tales diabolus
 suscitare non cessat. Orandum est ut in omni genere hominum deus omnes
 suos protegere atque conseruare dignetur. Amen.

Oportuit namque unum quemque sui & non alieni oneris esse prouisorum.
 quia unusquisque profectionem reddat & deo. Atque utinam omnis homo sic
 dilexisset animam suam quomodo diligit corpus suum. Corpus autem
 quando esurit querit cibum. quando sitit querit potum. quando
 nudus est quaerit uestem. quando laborat querit requiem. quando
 dormitat querit somnum. Sic & anima de istius spiritualis substantiae
 cibis satiare se debet. quia cibus animae est eloquium dei. potus eius
 oratio uel sapientia. Uestes eius fides & operatio in christo. Requies eius
 ueritas. dormitatio eius humilitas. quae ducit hominem ad perfectam
 requiem. Sed ne diu fatigeris pater in ambagibus locutionis huius.
 neque me pro circada numquam silentii abhorreas. Scito quod actenus
 os meum in id ad quod tendam non aperui. sed fixis labris qualis
 quantusque in dilectione dei & proximi sui uel in re publica omnia
 omnibus factus. breuiter dixi. & quia mandatum nouum est. ut & iam
 inimicus diligatur propter deum. & de hoc haustum dedit. Neque
 me in hoc genere amoris crudelem putes. quia nos omnes generaliter
 miserandi sumus. & ut nostri misereatur uolumus. summusque in se